

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Programma, Qvo Rector Vniversitas Gryphiswaldensis Iac.  
Henr. Balthasar, S. Theol. D. Et Prof. Ordin. Consistorii  
Regii Assessor, Et Ad Ædem S. Jacobi Pastor, Singvlaria  
Pentecostalia Civibvs ...**

**Balthasar, Jakob Heinrich von  
Gryphiswaldiæ, [MDCCXXXII?]**

**VD18 13251295**

**Titelblatt**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15664**


(15)


PROGRAMMA,  
RECTOR  
UNIVERSITATIS GRYPHISWALDENSIS,  
**IAC. HENR. BALTHASAR,**  
S. THEOL. D. ET PROF. ORDIN. CONSISTORII  
REGII ASSESSOR, ET AD AEDEM S. JA-  
COBI PASTOR,  
**SINGVLARIA  
PENTECOSTALIA  
CIVIBVS ACADEMICIS  
IPSO PENTECOSTES FESTO**  
PIE CONSIDERANDA  
PROPONIT.  
—♦— ♦ —

GRYPHISWALDIÆ,

*Ex Officina CAROLI HOEPFNERI, REG. ACAD. TYPOGR.*







Acrum PENTECOSTES festum non heri demum,  
vel nudius tertius, casu in ecclesia ortum, sed  
jam in V. Test. ab ipso DEO Judæis præceptum,  
ideoque divinitus & ex rationibus sapientissi-  
mis institutum fuisse, Moses docet *Lev. XXII.*

15. *sqq. Exod. XXIII. 16. sqq.* Qvi etiam locis adductis & *Exod. XXXIV. 23. Deut. XVI. 9. sqq.* inter reliqua primaria ac majora fe-  
sta, *Paschatos & Tabernaculorum*, hoc nostrum refert, in quibus  
omnes masculi coram Domino apparere sacraque publica  
magna solennitate & lætitia peragi debebant, licet de cæte-  
ro unicus tantum dies huic festo esset dicatus, idemque  
quinquagesimus à Paschate, unde & nomen traxit. Qvæ  
vero ex mandato divino hoc festo peragenda erant, ple-  
räque reliquis festis fuerunt communia, publicus populi,  
omniumque in primis masculorum, concursus ad sanctua-  
rium, solennia sacrificia, conventus sacri, communis to-  
tius gentis lætitia. Unicum vero *singulare*. Nova nempe  
ex similitudine triticea oblatio, seu duo panes triticei ex  
duabus